

Giovanni Boccaccio    Jacobus Barinus


**Philippi Beroaldi Bononiensis poete Carmen de duobus amantibus. capite iucundum. exitu amarissimum**

[Leipzig]: Martin Landsberg], [nach 28. April 1496]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn825519586>

Druck    Freier  Zugang







~~Handwritten scribble~~

1. f W 7069
2. f W 4108
3. f W 512

21.5.

Ca - 4151<sup>1-3</sup>  
~~He 1012<sup>1-3</sup>~~

40


J.R.



Hanc Editionem accurate describit Panzerus  
Annal. Typograph. Vol. IV. p. 470.  
nec tamen commemorat quia  
huic exemplari adiuncta  
sunt Opuscula.

---







**Philippi Heroaldi Ho-**  
**noniensis poete Carmen**  
de duobus amantibus. capite iucundum,  
eritu amarissimum.

Jacobus Barynus Liptzensis.  
Lectorii.

Quot tenet ether aues. q̄t silua bohemia fr̄odes  
Quot Rhen<sup>9</sup> pisces. Nos quot r era niuis  
Quot generosa tibi dominas p̄stabit honestas  
Lyptzick. formosas. Munera magna dei  
Secundas. castas. generosas atq; benignas  
Lurioso tot sunt in amore mala  
Carmina que docti vt vites monuere Philippi  
Quisquis amat. Lector carmina nostra legat

5w 4108



Jacobus Barinus arcium liberalium  
Magister. Wolfgango de Selmenitz  
Adolescenti generoso S P D.

Semper ego quoad potui Generose Adolescens  
animum virtutibus fulciendum suspicabar. eo quod plus  
ris hanc institutisem ceteris preponendam dignum  
duri. quo illo cum diis immortalibus participamus  
Omnis vis nostra perfecta in animo qui dum  
imperat sita est. hic rectius ingenio quam viribus  
operibusque gloriam querendam docet. Vita hominis  
perquam brevis est / nec divitiarum apparatus longior  
hec fragilis ille fluvius evanescit. Inique ob id  
humanum genus mihi factitasse videtur / quod dum  
in hac miseriarum valle constitutum vel glorie digni  
tatis reverentia divitiarum cupiditate ducit. In  
his acquirendis omnis humane vite perditio anxia  
est et sollicita. Itaque tripartita mortalium etas est  
iuventum. mediocrium. atque senum Hec acti seculi mo  
res extolles Sic ut cupit colligit omnibus in rebus  
avarior. Mediocris ambicidii studet furore glorie  
pellecta omne preclarum facinus vel quod bello vel pace  
gesserit / eo ordinat ut debita corone reverentia  
adornetur Et quis virorum virtutes tam claram tantam  
eternam premio virtutis sublato amplectitur. Hys  
pessimo vivendi genere laborantibus Tertia etas  
longe deteriori calle omni caligine oborta dege  
nerans. inanes oberrat. cum beluis communis  
vivit. puritatem in libidinem prona pericitur Hec  
specie virtutis decepta malum pro bono fovet. Ge  
minos amores Divinus ille plato distinxerat. unum  
divina Venere nullo parente ortam genitum. hunc  
venerandum / amandum / amplectendum / huic obser  
vandum esse dixit. Alterum illum vulgarem Ce



rulea venere satum affirmavit hic clientes suos  
omnib<sup>9</sup> bonis et animi et corporis disspoliat Vi-  
res ingenij enervat / virtutib<sup>9</sup> / studijs / intentū  
abducit p̄cipitat / insanire facit / infamen reddit  
tandem tristi sine facit expirare Huic hoc etatis  
genus immoratur et indulget Ab hoc quenz<sup>9</sup> re-  
uocandū volui hic iuvenes in rexia fraudulentar<sup>9</sup>  
rum puellarū necandos fugat Cave caue precor  
et quisq<sup>9</sup> caueat / ne carcere vnde multis milib<sup>9</sup>  
ducatorū criminēdus esset colligatur. Nec postea  
facilis est egressus / adeo dulce malū est Quid si  
dus puellarum amor faciat Carmine Philippi  
Beroaldi Bononiensis de Tancredi filia lecto  
agnosces / facile post hac estimabis / quid dolus  
femine<sup>9</sup> nefarius / truculent<sup>9</sup> / perniciosus atroc  
omnis turbandi generis iniciū. Sentinā Scyl-  
lam Caribdim. et si qđ maius hys potest expri-  
mi periculū effuge. Anteqm̄ sed ad instituta per-  
gamus candidissime wolfgangē nostrū prius re-  
petas epigramma. Vale cumq<sup>9</sup> tuo nobilissimo  
parente tui Baryni memor Anno nonagesimo  
serto vltima Iouis aprilis.

Omibus in morbis non est dolorosior vllus

Morbus amore truci. cui deus extat amor

Spuma maris venerē tulit. im. pba. falsa. pter

Dulce loquēs petulās luxuriosa pcar (ua est

Hanc sequitur crudelis amor. crudelia fata.

2 ij



Occupat omnis amans . imperat ille deis  
Perfidus . imperiosus . atrox . lascivus . et asper  
Blandus . iners . amens . turbidiora fouens  
Ut gerit ardentes faculas . arcumq; sagittas  
Sic et amatori tela ferenda . faces  
Vulnificum calybem . tenebras . et vulnera cedes  
Qui tolerare nequit / nescit amore frui  
Occumbunt quociens duro sub amore iacentes  
Deiorat hancensis . altera fume perit  
Testis erit Lisbe . et que Demophoeta superbam  
Expectare nequit . triste pependit onus  
Testis adest Phrygi? Pastor cuiq; et Lucretia reg  
Abstulit . in testem teq; Leandre voco (nū  
Si pius Aeneas libie fugisset ab oris  
Infelix Dido non foret vsta rogo  
Virgilius repetat viuos . et musa Tibulli  
Et cui cantata pulchra Corynna fuit



Et quicumq; feros modulis cecinere calores  
Clament in medium. quisquis amare cauet  
Nulla pōt Wolffgāge malos medicina furores  
Tollere. vel seui tela cruenta ducis  
Effugias. truculent⁹ amor: qm̄ pestis acerba  
Est et cura nocens (credito) dulce malum.

Ad magnificū Annibalem Bentii  
uolū Philippi Beroldi carmen

**O** Decus eximii et gētis generosa ppago  
Bentiuole: o patrie dulcis alumne tue  
Hunc cape tranquillo vultu facieq; libellum  
Annibal: et nugas perlege queso meas.  
Fabula Tancredi mesta est: Vocatus auctor.  
Hanc nos romano vertimus eloquio.  
Hanc tu vulgato lege tu sermone latino:  
Atq; animum alterna cognitione foue.  
Illa suo candore placet. sed nostra placebit  
Si fuerit genio grata camena tuo.

A iij



Sunt hec parua quidē fateor: sed magna subinde  
Esse solent paruis deteriora bonis.  
Hoc adamas gemmeq; docent: que corpore puo  
Oblectant reges: diuitibusq; placent.  
Nos contra horremus magnos p̄sepe gigantes.  
Terremur magnis sepe voluminibus.  
Quod si non sordent istec leuioꝛa: dabuntur  
Mox maiora: vale spesq; decusq; meum.

Sabula Tancredi ex Boccacio in  
latinū vsa a Philippo Beroaldo.

**T**ancred⁹ placida princeps ditise salernū  
Et paruum tenuit sceptriger imperium.  
Huius erat mite ingenium moresq; benigni.  
Huic tranquilla quies letaq; vita fuit.  
Vixerat hic nimitū felix: nisi sanguine amantum  
Optasset seniori commaculare manus.  
Filius huic nullus fuerat prolesq; virilis:  
Cui moriens pulchrum traderet imperium.



Sed fortunatus nimium foret atq; beatus

Si foret in magna filia nulla domo.

Sola fuit forma excellens et nubilis euo

Filia corporeis conspicienda bonis.

Gismonde nomen nate dixere parentes:

Que poterat dici Cynthia siue Venus.

Cuius erat facies puiscis equanda deabus:

Cuius erat cando: lacteus atq; color:

Diligit hanc genitor: solam: solamq; requirit.

Hanc fouet: hanc vitam deliciasq; vocat.

Multi illam antiqua dauni de gente petebant.

Lucaniq; petunt endriq; proci.

Sed pater in longum cupidos producit amātes:

Et necit varias callidus vsq; moras.

Tandem campanus multis de milibus vnus

Deligitur ductor: sponsus: et ille placet.

Gaudia concelebriant. lectus genialis in aula

Sternit: hic Juno est pronuba: suntq; sa



Hic hymenea canunt: sed em̄ iam facta recusant  
Connubium hoc felix perpetuumq; fore.  
Occubat ante diem properata morte maritus:  
Et deploratas deserit ecce domos.  
Exequias postq; coniunx et iusta peregit  
Coniugis ad patrias mesta remigrat opes  
Iam pertesa viri: thalamumq; perosa iugalem  
Destinat in viduo viuere sola thoro:  
Hoc probat ipse parens. natamq; in celibe lecto  
Esse cupit sine qua viuere triste putat:  
Sorte fuit iuuenis regali pulcher in aula  
Moribus ingenuis et probitate decens.  
Is dominum solus curabat iussaq; obibat  
Principis egregia dexteritate potens.  
Hunc Gismunda sibi multis ex milibus vnuni  
Deligit: huic soli sola placere cupit.  
Deperit hunc furtim: limisq; aspectat ocellis:  
Hunc optat tenero posse fouere sinu.



At iuuenis cui nomen erat Guiscardus acuto

Ingenio solers consilioq; vaser

Cognouit flammam: et se presensit amari.

Nec minus occultis ignibus ipse calet.

Esuat et teneras est mollis flamma medullas.

Ut feruens stipulas vrere flamma solet.

Hanc spectans pulchraq; oculos in virgine fuses

Diuitias Cresi despicit atq; Mide.

Gismunda cupit: hanc solam noctesq; diesq;

Flagitat: hoc solum nomen in ore sonat.

Selices parili quibus alma calefcere flamma

Dat venus: et quorum mutuis extat amor.

Ambo cupidinenas pariter sensere sagittas:

Ambo complexus colloquimq; volunt.

Quid faciat Gismunda: patris custodia magni

Hinc premit: hinc cohibet dedec; atq; pudor

Quid nō sentit amor: fallacem excogitat artem



Semina et archanas conficit ipsa notas.  
Littera dissecta celatur arundine furtim.  
Quam dat amatori pulchra puella suo.  
Callidus hanc cannam temere nō credit amator  
Esse datam: inuentas inspicit ille notas.  
Gaudet amans laudatq; viā: q̄ femina mōstrat  
Polliciti expectans gaudia concubitus.  
Scripta docent furtius amor: p̄iungere amātes  
Quo possit cupidos tempore quoue loco.  
Stat vetus et densis vestitur sentibus antrum:  
Aule contiguum principis atq; domo  
Desuper erigua patefactum luce foramen  
Imminet: hoc vepres hoc quoq; spina tegit  
Illinc angusti calles et semita tendit  
Gismunde ad thalamum conspicuasq; fores.  
Nemo hanc speluncam longeva etate peresam  
Flouerat: hec nullis vsibus apta fuit.



Quid nō cernit amor: quid nō vestigat amator

Illum deprendit femina prima specum.

Illud monstrat iter: carpendus flosculus illinc:

Ille est: qui tantam spirat amariciem.

Quisquis amare cupit discrimina nulla recuset

Omneq; tormentum iudicet esse leue.

Guiscardus nitidis erutis vestibus .hirtum

Inducitur corium precipitatq; moras.

Impiger angustam demisso fune foramen

Intrat sublustri nocte iubente deo.

Continuo cecus nullo comitante latebras

Eruperat . ceptis sancte cupido faue.

Tuq; ven<sup>9</sup> iuuenem: qui se tibi credit: ab omni

Eripe nunc casu subsidioq; foue.

Gismunda interea dilectum expectat amantem

Sola tremens: inter spemq; metumq; labās.

Jā Guiscard<sup>9</sup> adest: dominā iam p̄spicit et iam



Alter in alterius candida colla ruunt.  
Oscula iam carpunt. iam mutua gaudia sumunt  
Illa suum dominū iam vocat: ille deam.  
O fortunati natiq; fauentibus astris:  
Gaudia si vobis hec diuturna forent.  
Nil hōi firmū est: nulla est diuturna voluptas.  
Candida nullius it sine nube dies.  
Nam dum sepe iocos dū dulcia furta frequentant  
Fortune in laqueos insidiasq; cadunt.  
Primus furtivū sentit Tancredus amorem:  
Primus proh nate cernit adulterium.  
Ingemit et magno percussus corda dolore  
Quid faciat nescit: consilioq; caret.  
Tandem custodes tenebroso ponit in antro  
Qui furtim egressus introitusq; novent.  
Sic miser et fato natus Guiscardus iniquo  
Prenditur et domini sistitur ante pedes:



Cui mor Zancredus lachrymis sedantibus ora

Dat singultatis talia verba sonis.

Nec mea te pietas nec te clementia: nec ius

Improbe in officio continere pio.

Hocceine pro meritis tantis ingratae rependis

Ut cupias nostram commaculare domum.

Proh dolor: infandum facinus scelerataq; facta

Vidi ego: nil ultra dissimulare potes.

Contra hec Guiscardus. maius Zancrede cupido

Possidet imperium plusq; vigoris habet

Quam tuq; leges q; fas q; nostra voluntas.

Is iussit. contra quis queat ire deos

Gismonda interea tantarum nescia rerum

Inter virgineos stat speciosa choros.

Ecce pater lachrymans turbato pectore natam

Seuocat: et soli talia solus ait

Cum tua nata mihi virtus probitasq; fuisset

B i



Cognita: cum mores ingeniumq; pium:  
Credere te quini nunq̃ committere tantum  
Possē nefas: quantum his vidi ego luminib?  
Tu ne pudiciam potuisti prodere sanctam:  
Et stupro corpus prostituisse tuum  
Te proter misera est atq; erummosa senectus  
Nunc mea te propter nunc mihi vita gratis  
Quod si in cesta tuo flagrabat corde libido  
Nec poteras casto viuere casta thoro  
Saltem patricius saltem generosus amato:  
Ille foret: cui te prostituisse cupis.  
Hoc est q; doleo: q; cor mihi vellicat hoc est:  
Q; tibi Guiscardus perfidus ille placet  
Pauper vilis inops humili de sanguine natus  
Qui matrem ignorat sordidus atq; patrem.  
Qui mihi mor meritas psoluet sanguine penas  
Collaq; carnifici qui iugulanda dabit.



De te quid statutam dubia est sententia : nutat  
Mens mea: et a tantis fluctuat icta malis.  
Hinc amor et pietas iram cohibere paterna  
Me monet: hinc stimulat me tua nequitia.  
Illa iubet veniam tibi me indulgere: sed ista  
Ut preter genium sim truculentus atrox.  
Exitus in dubio est. tu nunc exprobe quid ista  
In re decernas improba: scire velim.  
Talibus exarsit magno percussa dolore  
Gismunda et lachrymas vir cohibere potest.  
Mor animosa viro similis lamenta recusat  
Feminea: et vite prodiga: certa necis  
Hec patri responsa dedit. non deprecor ipsa  
Nec nego que quereris me meruisse pater.  
Altera res quoniam mihi nil prodesse valeret:  
Altera ne profit nec iuuat ipsa volo.  
Nō ego nunc verba animum mulcere benignis  
B ij



Quero tuum: veniam nec peritura rogo.  
Guiscardū fateor: gracilem nō rustica amavi  
Et dum luce fruor nomen amabo pium.  
Quod si morte carent anime: si manibus vllus  
Sensus inest: huius grata erit umbra mihi  
At non ut iactas mihi tam furiosa libido  
Quā tua segnitie suavit amoris opus.  
Debebas genitor: calide meminisse iuente  
Quantaq; femineo pectore flamma calet.  
Cernere debueras q; sum tibi filia mollis:  
Quod non ex ferro nata neq; ex sylice.  
Non tantū ardet aper etneus: flagrat olympus  
Nec tantum: quantum cor iuvenile calet.  
Quamq; puellares genuino ardore medulle  
Flagrant: quas luxus deliticeq; fouent.  
Non potui sterilis florem fructumq; iuente  
Perdere vestalis non ego virgo fui.



Olīm experta virum et veneris dulcissima dona

Non queo mellitos non meminisse iocos.

Quid facerem iuuenis diues formosa puella

Id facio: quod vel penelopea probet.

Attria cōplures pceres pater ampla frequentāt

Ingentes quorum conspiciuntur opes:

Et illis fateor placuit mihi nullus amator.

Nullus Guiscardo est visus amabilior.

De quo conquereris de quo gemis: est q; pauper

Et quia maiorum stemmata nulla colit:

Nemo est crede mihi genitor laudandus ab illis

Que sunt fortune munera fluxa bonis.

Veraq; nobilitas non est in stemmate longo.

Non in cerosis est sita imaginibus.

Vna est cunctorum prima et genitalis origo:

Omnibus est genitor iuppiter estq; deus.

Sola facit virtus generosum sola beatum:

Sola pote smētes demeruisse .pbas. B iij



Hec in Guiscardo tam pura et clara resulget  
Ut fulget celo cynthia sydereo.  
Hunc ego dilexi: quod si pater optime turpis  
Hic tibi et infamis esse videtur amor  
Tu certe in causa es. namq; hunc tu semp amasti  
Qui tibi charus erat: non mihi charus erit  
Est et erit charus. quod si vestigia patris  
Vata sequor: debes ipse probare pater.  
Guiscardus placuit: qui nobilis et generosus  
Virtute effectus conspicuusq; viger.  
Est pauper fateor: spectat sed dedecus ad te:  
Egregio qui das premia nulla viro.  
Verum nobilitas non paupertate fugatur:  
Fortune virtus succubuisse nequit.  
Multi nunc regno clari sceptroq; potentes  
Olim pauperiem sustinere grauem.  
Contra mendicat vestem victumq; precatur  
Qui quondam magno floruit imperio:



Has fortia vices p̄stat: nosq; admonet: vt quas

Permutant dominum despiciantur opes.

At quod in extremo nondum decreuisse fateris

De me quid statuas: ambiguusq; manes.

Illud tolle precor. nam si Guiscardus ad orcum

Mittitur atq; tuo concidet ense miser

Subsequar ip̄a comes: nā fors quecunq; misellū

Ne q̄ seua manet. mors trahet vna duos.

Inunc femineo lachrymas effundere ritū

Perge: vnoq; ambos vulnere dede neci.

Talia comemorans animo Gismunda virili

Reddidit attonitum sollicitumq; patrem.

Qui cuncta expendēs tādē sic destinat: vt det

Guiscardus meritum crimine supplicium

Acciriq; iubens fidum notumq; ministrum

Imperat vt iugulet nocte silente virum.

Iussa facit propere seruus: qui corda reuellens

Ad dominum desert sanguinolenta truce.



Hoc cor Lancredus fuluo componit in auro

Et mittit nate dona nefanda ferus

Admonet et seruum: verbis vt munus adornet:

Hecq; suo ad natam nomine iussa ferat.

Hec tibi dona parens mittit: cape gaudia: sunt

Illa nimis cordi munera grata tuo. (hec

Gaudia nam simili genitori sorte rependis:

Qui potuit bis te sospite posse mori.

Postq; Guiscardi cor lamentabile nouit

Gismunda ad famulum versa dolenter ait.

Non aliter mitti meruit tam nobile munus.

Cordi conueniunt aurea busta pio.

Hoc solum facis o genitor quod filia laudet.

Hoc propter grates nunc tibi tristis ago.

Jamq; vale. extremū hoc tibi iam mortura re:

Mor patere incubēs talia sola refert. (liquo

Dulce hospitium et Gismunde. sola voluptas

Dulcius o cunctis cor mihi diuitijs.



Dispereat qui causa fuit: qui iussit ocellis

Inuitis ut te cogerer aspicere.

Debuit esse satis q̄ cor: te corde videbam:

Quodq̄ tue menti mens mea iuncta fuit.

Vixisti et cursum tibi quem fortuna parauit

Explesti exutis sollicitudinibus

Jamq̄ tenes metas. ad quas festina breuisq̄

Vita hominū properat quadrupedāte gradu

Solumm Tancredus pater et regale sepulchrum

Jure dedit: virtus hoc tua digna fuit.

Nil preter lachrymas nostras preterq̄ querelas

heu cor dulce tuis defuit exequiis.

Non tamen his lachrimis sic diū volvere carebis

Quas ego persoluam nunctibi vita pias.

Post hec efficiam languens ut spiritus istinc

Egrediens vmbre sit comes vsq̄ tue

Te duce lustrabo loca plena silentibus vmbis.



Te duce per campos ibimus elysios .  
Haud equidez dubito quin tu q̄ nostra pererres .  
Lecta : et apud manes officiosus ames .  
Dixerat et lachrymis paterā manātibz implet :  
Que velut effusē precipitantur aque .  
Oscula dat cordi gemebundaq; lumina cordi  
Infigens largis fletibus ora rigat .  
Mor siccata genas atq; eraturata dolore  
Jam tremebunda sue conscia mortis ait .  
Exolui officium quod amor pietasq; requirit  
Nostra : parentales struximus inferias  
Diri et expropto quod fecerat ipsa veneno  
Ebibit impauide pocula mortifera :  
Conscenditq; thorum manib⁹ cratera retentās :  
Cordeq; Guiscardi cor premit vsq; suo .  
Mirantur famule ignare . pars fletibus ora  
Commaculat : pauet hec : illa stupore silet .




Assi vbi iam domine sensim morientia membra  
Aspiciunt praeperat flentq; docentq; patrem.  
Ille repente volat thalamūq; ingressus apertū  
Jam vita natam deficiente videt.  
Ingemit: et sero danmat sua facta: truciq;  
Penitet incepti consiliūq; mali.  
Tūc oculos moribūda leuans Gismūda iacētes  
Edidit extremos voce labante sonos.  
Has serua genitor: lachrimas ad tristia fata.  
Non fatis nostris talia conueniunt.  
Quis furo: hic: defles tota quod mente petisti.  
Defles quod factum est te faciente nephas.  
Sed si vlla affectus remanet scintilla paterni:  
Et si quid patrie iam pietas habes.  
Te rogo sancte parēs: extremū hoc munus amāti  
Concede. et nate fac rata vota tue:  
Nil quoniam in vita nobis commune dedisti:




Communi ut saltem contumulemur humo.  
Sic ait et cordi incumbens dulcissima linquit  
Lumina: thartareas mor subit umbra domos  
Regia tunc omnis lachrymis planctuq; sonoro  
Perstrepit: et tota est luctus in vobe frequēs  
Ante omnes gemitu princeps Tancredus acerbo  
Confectus nate se superesse dolet.  
Post meritas lachrymas et p<sup>9</sup> lamēta sepulchri  
Erruit antique nobilitatis opus.  
Atq; vna amborum cineres componit in vna:  
Ambobusq; pias exhibet exequias.  
Exitus hic ille est miserorum et finis amantum  
Quos amor ante diem misit in elysium.  
Discite nunc iuvenes: qui iam cepistis amare:  
Quot gemitus prestet quot mala seuis amor  
Finis.




















Hic hymenea canunt: sed eim iam fac  
Connubium hoc felix perpetuum  
Occubat ante diem properata morte  
Et deploratas deserit ecce domos  
Requias postquam coniunx et iusta pere  
Coniugis ad patrias mesta remig  
Jam pertesa viri: thalamumque pero  
Destinat in viduo viuere sola tho  
Hoc probat ipse parens. natamque in  
Esse cupit sine qua viuere triste p  
Sorte fuit iuuenis regali pulcher in au  
Moribus ingenuis et probitate de  
Is dominum solus curabat iussaque ob  
Principis egregia dexteritate pote  
Hunc Gismunda sibi multis ex milib  
Deligit: huic soli sola placere cupi  
Deperit hunc furtim: limisq; aspecta  
Hunc optat tenero posse fouere sin



Copyright 4/1999 VxyMaster GmbH www.vxymaster.com

Vierfarbselector Standard - Euroskala Offset

1  
2  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
10  
11  
12  
13  
14  
15  
16  
17  
18  
19  
W  
X  
Y  
Z

A  
B  
C  
D  
E  
F  
G  
H  
I  
J  
K  
L  
M  
N  
Focus  
O  
Balance  
Q  
R  
S  
T  
U  
V





At iuuenis cui nomen erat Guiscardus acuto

Ingenio solers consilioq; vafec

Cognouit flammam et se presensit amari.

Flammam in oculis quibus ipse calet.

Flamma medullas.

Flamma solet.

Flammam funges

Flammam diesq;

Flammam in ore sonat.

Flamma calefcere flamma

quorum mutans extat amor.

Ambo complexus inenas pariter sensere sagittas:

Ambo complexus colloquimq; volunt.

Quid faciat Gismunda patris custodia magni

Hinc premit: hinc cohibet dedecus atq; pudor

Quid non sentit amor: fallacem excogitat artem

